




THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
1891
LIBRARY



Septemb 1899
R. W. Gibson Invt



JOSEPHI JACOBI PLENK

Consiliarii caesareo - regii; Doctoris medicinae castrensis, chemiae atque botanices Professoris publici ac ordinarii in Academia medico - chirurgica, Josephina, ejusdemque Secretarii, nec non Assessoris in collegio militari a consiliis sanitatis ac Inspectoris pharmacopoearum militarium.

ELEMENTA
TERMINOLOGIAE BOTANICAE
AC
SYSTEMATIS SEXUALIS
PLANTARUM.



VIENNAE,
Apud A. Blumauer.
1796.

Confusis nominibus omnia confundi necesse eſt.

Caesalpinus.

VIRO

PERILLUSTRI, CLARISSIMO

AC

CELEBERRIMO

JOSEPHO FRANCISCO

A

JACQUIN,

CHEMIAE AC BOTANICES IN UNIVERSITATE VINDOBONENSI PROFESSORI PUBLICO AC ORDINARIO; REGIAE SCIENTIARUM ACADEMIAE TAURINENSIS CORRESPONDENTI; SOCIETATIS LINNAEANAE LONDINENSIS; PROVINCIALIS ARTIUM ET SCIENTIARUM ULTRAJECTINAE; PHYSICO-MEDICAE BASILEENSIS; NATURAE SCRUTATORUM JENENSIS; AGRARIAE TAURINENSIS &c. &c. SOCIO.

OPPUSCULUM HOCCE IN PERENNIS CULTUS AC AMICITIAE DOCUMENTUM CONSECRAT

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Vegetabilium notitiam exactam, quibus homo partem maximam suorum alimentorum, potuum reficientium, medicaminum, sexcentorumque aliorum beneficiorum debet, imprimis esse necessariam, neminem opinor ibit inficias. Turpissimum autem est, si medicus clinicus propriae suae artis ignorat arma, quibus morbos profligare conatur. Aegrotus etenim ac medicus turpiter falluntur, si ex botanices ignorantia pro planta desiderata a pharmacopaeo falsa porrigitur species, aut venenata pro esculenta colligitur planta in usum culinarem; quod utrumque vitii genus,

haud adeo raro proh dolor contigit. Hinc medico praeprimis necessaria est cognitio plantarum medicinalium, esculentarum, venenatarumque; neque regionis, in qua praxim exercet, ignoret Floram indigenam.

Est autem botanices primarium fundamentum exactissima terminorum technicorum notio, quibus plantae partes, harumque diversitates discernuntur. Sine hac etenim nemo unquam botanicam addiscet. Absque certa etenim nomenclatura omnia in amplissimae hujus scientiae ambitu fluctuare, infirma, dubiave fieri nemo non videt.

Haud quidquam vero amabile plantarum studium magis reddit odiosum ac difficile, quam ingens terminorum numerus, qui tamen necessarius est ad singulas partium differentias in tot millibus plantarum distinguendas. Quae quum ita sint, operae pretium fore judicavi, quemlibet terminum uno alterove spe-

cimine plantae citatae illustrare, quod in praelectionibus publicis aut vivum aut siccum vel in exacta icone colorata demonstrabitur. Plurimi etenim termini ex sola definitione aut descriptione difficulter, ex intuitu autem plantae ipsius facillime intelliguntur.


Vocabulis demum latinis adjecta sunt germanica, ut tiro hos terminos in utroque idiomate facilius intelligere queat.

Quidquid vero non proprie ad terminologiam botanicam pertinet, in mea Physiologia et Pathologia plantarum exhibere sum conatus. Novos vero terminos, a viris Illustribus recenter in botaniam introductos, suis inserui locis. Icones vero terminologiae botanicae in peculiari opusculo exhibere conabor.

Finita demum terminologia ex qualibet classe aliquot genera et species plantarum medicinalium viva examinabo. Hoc autem totum est, quod discipulus a Magistro in bota-

nica sperandum habet; completum etenim botanicum cujuslibet propria diligentia in frequenti perscrutatione generum et specierum plantarum perficit.

Haec fere sunt, quae lectores monenda putavi. Faxit Deus O. M. si quid utilitatis hoc opusculum praebeat, ut in auditorum meorum cedat emolumentum.





E L E N C H U S

De Botanica generatim.
Partes plantae generales.

PARTES VEGETATIONIS.

Radix, Wurzel.
Bulbus, Kiel.
Truncus, Stamm.
  Caulis, Stengel.
  Culmus, Halm.
  Stipes, Strunk.
Rami, Aeste.
Folia, Blåtter.
—— composita, zusammengesezte Blåtter.
Stipulae, Afterblåtter.
Gemmae, Knospen.
Fulcra Vegetationis.
  Petiolus, Blattstiel.
  Cirrus, Ranke.
  Stolo, Auslaufer.
Arma
  Aculeus, Dorn.
  Furca, Gabel.
  Spina, Stachel.
  Stimuli, Brennspize.
Pubes, Uiberzug.
  Pilosa.
  Pilus, Haar.
  Villus, feines Haar.
  Barba, Bart.

Cilia, Ranfthaare.
Pappus, Saamenbart.
Lana, Wolle.
Tomentum, Filz.
Sericum, Seide.
Setosa.
Seta, Borste.
Striga, Striegel.
Hamus, Haken.
Glochis, Widerhaken.
Arista, Granne.
Glandulae, Drůsen.
Visciditas, Klebrigkeit.
Pruina, Reif.

PARTES FRUCTIFICATIONIS.

Flos, Blume.
Calix, Kelch.
Perianthium, Blůthendecke.
Anthodium, allgemeine Blumendecke.
Involucrum, Umschlag.
Spatha, Blumenscheide.
Gluma, Grasbalg.
Corolla, Blumenkrone.
monopetala, einblåttrige.
polypetala, vielblåttrige.
composita, zusammengesezte.
aggregata, gehåuffte.
Petalum, Blumenblatt.
Nectarium, Honiggefåß.
Bracteae, Nebenblåtter.
Genitalia florum. Erzeugungstheile.
Stamen, Staubgefåß.
Filamentum, Staubfaden.

Anthera, Staubbeutel.
Pollen, Blumenstaub.
Pistillum, Stempel.
Germen, Fruchtknoten.
Stylus, Griffel.
Stigma, Narbe.
Fulcra floris.
Pedunculus, Blumenstiel.
Scapus, Blumenschaft.
Receptaculum, Fruchtboden.
Inflorescentia, Blüthenstand.
simplex.
composita.
Verticillus, Querl.
Capitulum, Kopf.
Spica, Aehre.
Racemus, Traube.
Corymbus, Doldentraube.
Fasciculus, Büschel.
Umbella, Dolde.
Cyma, Afterdolde.
Panicula, Rispe.
Thyrsus, Strauß.
Spadix, Kolben.
Amentum, Kåzchen.
Fructus.
Pericarpium, Saamenbehåltniß.
Membranacea.
Capsula, Kapsel.
Siliqua, Schotte.
Silicula, Schöttchen.
Legumen, Hülse.
Lomentum, Gliederhülse.
Folliculus, Balgkapsel.

Samara, Flügelfrucht.

Lignea.

Strobilus, Zapfen.

Nux, Nuß.

Carnosa.

Pomum, Apfel.

Pepo, Kürbisfrucht.

Drupa, Steinfrucht.

Succulenta.

Bacca, Beere.

Semen, Saamen.

Cotyledones, Mutterkuchen.

Arillus, Saamendecke.

Pappus, Saamenbart.

Calyculus, Saamenkelch.

Ala, Saamenflügel.

Cauda, Saamenschwanz.

Terminologia plantarum cryptogamicarum.

Filices, Farrenkräuter.

Musci, Moose.

Algae, Flechten.

Fungi, Schwämme.

Terminologia graminum.

SYSTEMA PLANTARUM.

Systema sexuale.

Classes plantarum.

Clavis classium.

Ordines classium.

Familiae naturales plantarum.

Ordines naturales plantarum.

Instructio horti botanici.

Excursio botanica.



DE BOTANICA GENERATIM.

Scientia, quae vegetabilium tradit cognitionem systematicam, *Botanica* sive *Phytologia* vocatur.

Empyrica etenim plantarum cognitio est fallax, obliviosa, incerta, difficillima. Ideo plantas a veteribus, etsi amplissime descriptas, vix amplius eruere valemus.

Primarium igitur botanices *fundamentum* est *Terminologia* sive *Nomenclatura botanica*, quae singulas plantae partes apto et distincto nomine insignire docet. Haec sola plantarum cognitionem facilitat, certamque reddit.

Est autem planta corpus organice structum et irritabile at sensilitate et locomotione voluntaria carens. Motus etenim *Mimosae sensitivae* aut *Hedysari gyrantis* non est voluntarius, sed ab irritamento externo solo excitatus.

DIFFERT planta ab *animali*, quod hoc sensilitate simul gaudeat, a *minerali*, quod hoc structura organica careat.

DIVIDITUR botanica

in *puram*, quae vegetabilia omnia ex certo, constantique charactere dignoscere; aptoque nomine insignire docet.

— *applicatam*, quae plantas duntaxat determinato cuidam usui inservientes, considerat.

APPLICATA iterum subdividitur.

in *medicinalem*, quae plantas medico scitu necessarias, ut medicinales, esculentas et venenatas tradit.

— *oeconomicam*, quae plantas usui oeconomico inservientes docet, ut pabula hominum et animalium domesticorum.

— *technicam*, quae plantas certis opificiis vel artificiis aptas, ut tinctorias, coriarias, scriniarias &c. tradit.

Usus botanices est ergo *medicinalis* — *oeconomicus* — et *technicus*.

PARTES PLANTAE GENERALES.

Partes, quae plantam generatim constituunt, dividuntur

in partes *vegetationis* Erhaltungstheile, quae ad plantae incrementum et sustentationem pertinent, ut *radix*, *caulis*, *folia*, *fulcra*.

— partes *fructificationis* Fortpflanzungstheile, quae propagandae speciei destinantur, ut *flos* et *fructus*.

PARTES VEGETATIONIS.

RADIX.

Pars plantae infima, terrae utplurimum immersa.

CONSTAT radix utplurimum ex uno vel pluribus cruribus, quae ubique *radiculas* e sua superficie emittunt.

DIFFERUNT radices figura, directione, duratione et insertione.

A FIGURA.

RADIX FUSIFORMIS, spindelförmig, oblonga, apice attenuata. *Daucus Carota. Beta vulgaris.*

—— RAMOSA, ästig, in ramos plures divisa. *Urtica urens.* Radices *arborum.*

—— FIBROSA, faserich, tota radiculis constans. *Gramina* pleraque. *Hordeum vulgare.*

—— PRAEMORSA, abgebissen, oblonga et apice truncata. *Scabiosa succisa, Plantago major. Hieracium praemorsum.*

—— GLOBOSA, rund, subrotunda, radiculas ubique emittens. *Cyclamen europeum.*

—— TUBEROSA, knollig, tuberibus farinosis instructa. *Solanum tuberosum. Helianthus tuberosus.*

—— PENDULA, hangend, tuberibus filo connexis constans. *Spiraea Filipendula. Poeonia officinalis.*

—— GRANULATA, bekernt, globulis pluribus exiguis instructa. *Saxifraga granulata.*

Radix articulata, gegliedert, articulis geniculatis instructa. *Oxolis acetosella.*

—— dendata, gezähnt, prominentiis dentiformibus hirta. *Ophris Corallorhiza.*

—— squamosa, schuppig, squamis carnosis tecta. *Lathraea squamaria.*

—— fascicularis, bindelförmig, prominentiis digitatis, basi sessilibus, constans. *Ophris nidus avis.*

—— cava, hohl, in apice truncato excavata. *Fumaria cava.*

A Directione.

Radix perpendicularis, senkrecht, recta descendens. *Daucus carota. Beta vulgaris. Scorzonera hispanica.*

—— horizontalis, wagrecht, sub terra transversim extensa. *Laserpitium pruthenium.*

—— obliqua, schief, oblique descendens *Iris germanica.*

—— repens, kriechend, transversim decurrens, sed hinc inde novas plantas emittens. *Sambucus Ebulus. Glyzirrhiza glabra.*

A Duratione.

Radix annua, einjährig, quae eodem, quo nascitur, perit anno. *Draba verna* vix uno durat mense.

—— biennis, zweyjährig, quae primo anno vegetare, altero florescere et perire solet. *Oenothera biennis. Beta vulgaris.*

—— perennis, ausdaurend, quae plurimos durat per annos. *Radices arborum et fruticum.*

A Loco, cui radix inseritur, vocatur planta

PLANTA TERRENA, Erdpflanze, quae sola in terra crescit, ut plantae *pleraeque.*

—— AQUATICA, Wasserpflanze, quae sola in aqua crescit, extra hanc terrae commissa perit. *Trapa natans. Nymphaea alba.*

—— PARASITICA, Schmarozerpflanze, quae aliis plantis suas immittit radices. *Epidendrum Vanilla.*

—— ARRIHZA, wurzellos, parasitica radices non emittens sed solam per anastomosin vasorum cum alia planta cohaerens. *Viscum album. Loranthus europaeus.*

B U L B U S.

Corpus succulentum, in sicco diu conservabile, radiculas e sola parte infima emittens, plantarum partem infimam terrae immissam, constituens.

DIFFERT a *tubere,* quod haec radiculas ubique emittat, farinosa sit, nec tam diu ac bulbus in sicco sit conservabilis.

A STRUCTURA.

BULBUS SOLIDUS, dicht, ex substantia tota carnosa constans. *Crocus sativus. Colchicum autumnale. Tulipa Gesneriana.*

—— TUNICATUS, schalig, e tunicis crassis, concentricis formatus. *Allium Cepa.*

—— SQUAMOSUS, schuppig, e squamis, imbricatim sibi incumbentibus, constans. *Lilium candidum. Lilium bulbiferum.*

BULBUS COMPOSITUS, zusammengesezt, e pluribus bulbis minoribus, sibi invicem accumbentibus constans. *Allium sativum.*

Bulbi plantarum *orchidearum* differunt a bulbis vulgaribus, quod orchidei bulbi radiculas non e parte infima ut vulgares, sed intra caulem et basim bulbi emittant.

A FIGURA.

BULBUS TESTICULATUS, hodenförmig, bulbus geminus, rotundo-oblongus, basi concretus. *Orchis morio. Orchis mascula.*

—— PALMATUS, handförmig, bulbus compressus, inferius in lobos digitiformes divisus. *Orchis latifolia. Orchis maculata.*

T R U N C U S.

Pars plantae e radice emergens et totius plantae partes sustinens.

GENERA truncorum sunt

1. TRUNCUS ARBORUM, Baumstamm, Caulis ligneus, crassus *arborum* et *fruticum.*
2. CAULIS, Stengel, truncus herbarum. *Scandix Cerefolium.*
3 CULMUS, Halm, truncus graminum. *Secale cereale.*
4. STIPES, Strunk, truncus fungorum, filicum et palmarum. *Agaricus campestris. Polypodium Filix mas. Musa paradisiaca. Coccos nucifera.*

Scapus, Schaft, non est caulis, sed *pedunculus* e radice emergens, florigerus. *Leontodon Taraxacum.*

CAULIS.

Truncus herbarum.

A Caule dicitur planta

caulescens, gestingelt, caule instructa.

acaulis, stingellos, flos radici absque caule insidet. *Carlina acaulis.*

Caudex, Stielknoten, Vocatur tuber magna, carnosa, utplurimum esculenta, supra radicem, e caule excrescens. *Brassica Rapa. Brassica Gongylodes.*

Differunt caules duratione, substantia, superficie, figura, directione, vestitu, divisione in ramos.

A Duratione

caulis herbaceus, krautartig, qui totus hyeme perit. *Melissa officinalis.*

—— suffruticosus, staudig, qui omni anno ultra medietatem perit. *Cheiranthus incanus.*

—— fruticosus, strauchig, qui ex pluribus caulibus, hyeme totis perennantibus, constat. *Melissa fruticosa.*

—— arboreus, baumig, truncus simplex, omnibus cum ramis hyeme perennans. *Arbores.*

A Substantia

Caulis fistulosus, röhrig, interne cavus. *Anethum graveolens. Allium fistulosum. Ligusticum Levisticum.*

CAULIS LOCULAMENTOSUS, fächerig, cavus et hinc inde loculamentis interstinctus. *Angelica Archangelica. Phellandrium aquaticum.*

—— INANIS seu MEDULLOSUS, locker sive markig, substantia fungosa farctus. *Sambucus nigra.*

—— SOLIDUS, dicht, e substantia solida vulgari. *Mentha. Melissa.*

—— LIGNEUS, hölzig, ex substantia lignea. *Prunus spinosa.*

—— CARNOSUS, fleischicht, ex substantia rapacea. *Sedum arboreum. Stapelia hirsuta.*

—— PULPOSUS, weichmarkig, ex substantia pulposa. *Mesembryanthemum crystallinum.*

—— FIBROSUS, faserig, in fibras longas separabilis. *Cocos nucifera.*

—— SUCCOSUS, saftig, succo multo repletus. *Chelidonium majus. Euphorbia.*

A SUPERFICIE.

CAULIS GLABER seu LAEVIS, glatt, absque omni villo et asperitate. *Lepidium latifolium.*

—— SCABER seu ASPER, scharf, punctis rigidiusculis exasperatus. *Galium aperine. Lithospermum arvense.*

—— SUBEROSUS, korkartig, substantia spongiosa, elastica indutus. *Passiflora suberosa. Quercus Suber.*

—— RIMOSUS, rizig, rimas agens profundas. *Ulmus campestris.*

—— TUBERCULATUS, höckerig, tuberculis asper. *Cissus tuberculata.*

CAULIS TUNICATUS, häutig, Cuticula secedens sua sponte in membranas latas. *Betula alba. Spiraeae* quaedam.

—— STRIATUS, gestreift, lineis *superficialibus* juxta longitudinem notatus. *Chaerophillum sylvestre. Aster sibiricus. Daphe Mezereum.*

—— SULCATUS gefurcht, lineis *excavatis* juxta longitudinem insculptus. *Celosia coccinea. Selinum carvifolia. Pimpinella Sanguisorba. Doronicum Pardalianches.*

—— PERFOLIATUS, durchwachsen, perforans folia. *Bupleurum rotundifolium.*

A FIGURA

CAULIS TERES seu CYLINDRICUS, rund, angulis destitutus. *Sinapis arvensis.*

—— SEMITERES, halbrund, cylindricus ex uno latere planus. *Hyacinthus orientalis. Allium descendens.*

—— COMPRESSUS, zusammengedrückt, duobus angulis oppositis convexis. *Lathyrus latifolius. Pancratium declinatum.*

—— ANCEPS, zweyschneidig, duobus angulis oppositis acutiusculis. *Hypericum androsaemum. Iris graminea.*

—— ANGULATUS, eckig, pluribus quam duobus angulis et superficie excavata gaudens, ut

TRIANGULATUS, dreyeckig, *Cactus triangularis*

QUADRIANGULATUS, viereckig, *Cactus tetragonus.*

QUINQUEANGULATUS, fünfeckig, *Cactus pentagonus.*

SEXANGULATUS, sechseckig, *Cactus hexagonus.*

MULTIANGULATUS, vieleckig, *Cactus cereus.*

CAULIS OBTUSANGULATUS, stumpfeckig, *Scrophularia nodosa.*

—— ACUTANGULATUS, scharfeckig, *Scrophularia aquatica.*

—— TRIQUETRUS, dreyseitig, triangulatus sed cum superficiebus planis. *Hedysarum triquetrum. Viola mirabilis.*

—— TETRAQUETRUS, vierseitig, quadriangularis cum superficiebus planis. *Hypericum quadrangulare. Monarda fistulosa. Mentha officinalis.*

—— MEMBRANACEUS, blattartig, more folii explanatus. *Cactus phyllanthus.*

—— ALATUS, geflügelt, ala membranacea lateraliter instructus. *Onopordon Acanthium. Lathyrus latifolius.*

—— ARTICULATUS, gegliedert, variis articulis connexus. *Cactus flagelliformis. Lathyrus sylvestris.*

—— NODOSUS, knotig, nodis instructus. *Scandix nodosa. Geranium nodosum.*

—— ENODIS, gleich, destitutus nodis.

A DIRECTIONE

CAULIS RECTUS, aufrechtstehend, fere perpendiculariter ascendens. *Chenopodium scoparium. Arbores* pleraeque.

—— STRICTUS, ganz aufrechtstehend, perfecte perpendicularis. *Alcea rosea.*

—— OBLIQUUS, schiefstehend, oblique ascendens. *Solidago mexicana.*

—— ADSCENDENS, aufgebogen, surgens in arcum deorsum convexum. *Hedysarum Onobrychis.*

CAULIS DESCENDENS seu DECLINATUS, niedergebogen, surgens in arcum sursum convexum. *Pancratium declinatum.*

—— PROCUMBENS seu PROSTRATUS, gestreckt, totus terrae incumbens: *Veronica officinalis.*

—— DECUMBENS, niederliegend, surgens aliquantum, dein terrae incumbens. *Thymus Serpillum.*

—— REPENS, kriechend, decumbens radiculas terrae immittens. *Trifolium repens. Gnaphalium repens.*

—— FLEXUOSUS, hin und her gebogen, horsum vorsum secundum articulos flexus. *Ervum Ervilia, Solidago flexicaulis.*

—— RADICANS, wurzelnd, fibras emittens in terram radicantes. *Ficus indica.*

—— SARMENTOSUS, rankig, radiculis e caulis nodulis emissis, accrescens corporibus vicinis. *Hedera Helix.*

—— STOLONIFERUS, auslaufend, stolones radicantes emittens. *Agrostis stolonifera. Fragaria vesca.*

—— SCANDENS, klimmend, per se erigi nescius, hinc aliis innixus plantis. *Solanum Dulcamara.*

—— VOLUBILIS, windend, spiraliter ascendens circa alia corpora.

DEXTRORSUM rechts, *Convolvulus*

SINISTRORSUM links, *Humulus Lupulus.*

—— LAXUS, schlaff, vento exiguo in arcum flexus. *Secale cereale. Juncus bufonius.*

CAULIS RIGIDUS, ſprede, flexionis absque fractura impatiens. *Boerhavia scandens.*

A VESTITU

CAULIS FOLIOSUS, blätterig, foliis instructus. *Melissa officinalis.*

—— APHYLLUS, blätterlos, absque foliis. *Asphodelus fistulosus.*

—— SQUAMOSUS, ſchuppig, squamis vestitus. *Orobanche major.*

—— STIPULATUS, afterblätterig, stipulis obsitus. *Cistus Helianthemum. Geranium therebinthenaceum.*

—— MURICATUS, weichſtachlig, aculeis mollibus, non pungentibus obsitus. *Borrago officinalis.*

—— IMBRICATUS, ziegeldachförmig, foliis vel squamis more tecti lateritii tectus. *Crassula imbricata. Aloe viscosa.*

—— VAGINATUS, blattſcheidig, vaginis foliorum inclusus. *Canna indica. Arundo Donax.*

—— BULBIFER knollentragend, tubera in axillis foliorum gerens. *Lilium bulbiferum.*

—— NUDUS, nackend, absque foliis, squamis, aliove vestitu. *Cuscuta europaea.*

A DIVISIONE in *ramos*

CAULIS SIMPLEX, einfach, cum ramis paucissimis. *Campanula perfoliata. Verbascum Thapsi.*

—— SIMPLICISSIMUS, sehr einfach, absque ramis. *Orobanche americana. — major. Campanula barbata.*

CAULIS PROLIFER, sprossend, ex apice duntaxat emittens ramos. *Dracaena Draco.*

—— DICHOTOMUS, zweygetheilet, bifariam seu per furcam se semper dividens. *Loranthus europaeus. Valeriana locusta.*

—— RAMOSUS, ästig, cum pluribus ramis. *Rosmarinus officinalis.*

—— RAMOSISSIMUS, sehr ästig, cum plurimis ramis. *Chenopodium Scoparia. Artemisia Dracunculus.*

—— PANICULATUS, rispenförmig, illico in meros ramos abiens, adeo ut caulis primarius desit. Hinc formam *paniculae* refert. *Crambe Tataria.*

De caulis *pubescentia* et *armis* dicturus sum suo loco.

R A M I.

Caulis primarii divisiones in caules laterales.

A SITU ramorum

RAMI OPPOSITI, gegenüberstehend, per paria sibi opposita locati. *Mentha arvensis.*

—— ALTERNI, abwechselnd, unus post alterum ortus caulee. *Althaea officinalis.*

—— VERTICILLATI, querlförmig, si plures quam duo rami truncum annulatim ambiunt. *Pinus Abies.*

—— SPARSI, zerstreuet, absque certo ordine caulem ambientes.

A DIRECTIONE ramorum.

RAMI ERECTI, aufrechtstehend, trunco quasi appressi. *Populus dilatata.*

RAMI PATENTES, abstehend, ad angulum obtusum a caule discedentes. *Cistus italicus. Gallium mollugo.*

—— PATENTISSIMI, ausgebreitet seu *divergentes*, a caule ad angulum rectum discedentes. *Ammania ramsoior.*

—— BRACHIATI, armförmig, Rami oppositi patentissimi se decussantes. *Pisonia aculeata. Panisteria brachiata.*

—— DEFLEXI, herabgebogen, in arcum a caule deflexi. *Pinus larix.*

—— REFLEXI, herabhangend, perpendiculariter juxta truncum dependentes. *Salix babilonica.*

—— RETROFLEXI, hin und her gebogen, horsum vorsum flexi. *Solanum Dulcamara.*

—— FASTIGIATI, gleichhoch, Apices ramorum longitudine aequali in plantae fastigium elevantur. *Chrysanthemum corymbosum.*

—— VIRGATI, ruthenförmig, Rami debiles ac longi. *Salix vimialis.*

F O L I A.

Expansiones plantae in laminas utplurimum virides. DIVISIO folii

in SUPERFICIES seu PAGINAS, quarum superior *facies*, inferior *dorsum* vocatur.

— BASIM seu ORIGINEM a caule vel ramo.

— APICEM, qui finis est folii.

— MARGINEM, qui circumferentiam folii constituit.

— DISCUM, Mittelfläche, qui medietas est superficiei.

DIFFERUNT folia origine, situ, directione, insertione, circumferentia, angulis, sinibus, margine, apice, superficie, vestitu, substantia et compositione.

Ab ORIGINE.

FOLIA SEMINALIA, Saamenblätter, prima e semine erumpentia foliola, quae etiam *Cotyledones* vocantur. *Raphanus sativus. Cannabis sativa.*

—— RADICALIA, Wurzelblätter, ex ipsa radice excrescentia. *Leontbodon Taraxacum. Viola odorata.*

—— CAULINA, Stengelblätter, cauli adnata. *Valeriana Phu* habet folia radicalia *indivisa* et caulina *pinnata.*

—— RAMEA, Astblätter, ex ramis orta. *Leonurus Cardiaca. Sison Ammi* habet folia radicalia *linearia*, caulina *setosa* et ramea *tripinnata.*

—— AXILLARIA, Achselblätter, quae sub axilla oriuntur. Haec sinus ramum inter et caulem est. *Parthenium integrifolium.*

—— FLORALIA, Blüthenblätter, flori proxima. *Lenicera Caprifolium.*

A SITU ad invicem.

FOLIA ALTERNA, abwefelnd, uno post alterum orto. *Malva r tundifolia.*

—— OPPOSITA, gegenüberstehend, per paria sibi opposita locata. *Lamium album. Urtica dioica*

—— DISTICHA, zweyreihig, duo latera rami duntaxat respicientia, licet undique orta. *Taxus baccata. Cupressus disticha. Pinus picea. Lonicera Symphoricarpos.*

FOLIA BIFARIA, zweyseitig, disticha sed a latere rami duntaxat orta. *Carpinus Betulus. Fagus sylvatica.*

—— UNILATERALIA seu SECUNDA, einseitig, unum duntaxat latus respicientia. *Convallaria multiflora.*

—— SPARSA, zerstreut, absque ordine determinato undique locata. *Reseda luteola. Sedum reflexum.*

—— DECUSSATA, kreuzförmig, forma crucis per paria se decussantia. *Euphorbia lathyris. Crassula tetragona.*

—— IMBRICATA, ziegeldachförmig, forma tecti lateritii se invicem tegentia. *Cupressus sempervirens. Aloe spiralis.*

—— FASCICULATA, büschelförmig, plura quam tria folia ex eodem puncto fasciculatim prodeuntia. *Pinus Larix. Berberis vulgaris.*

—— STELLATA, sternförmig, plura quam duo folia forma stellae caulem annulatim ambientia. *Rubia tinctorum. Lilium Martagon. Asperula odorata.*

—— REMOTA, entfernt, magno et non consueto interstitio a se invicem distantia.

—— CONFERTA, seu *approximata* genähert. Valde exiguo spatio a se invicem dissita. *Antirrhinum Linaria.*

—— BINA, gedoppelt, duo duntaxat ex uno puncto prodeuntia. *Pinus sylvestris.*

—— TRINA, dreyfach, *Pinus Thaeda.*

—— QUINA, fünffach, *Pinus strobus.*

A DIRECTIONE ad caulem.

FOLIA ADPRESSA, angedrückt, disco fere cauli adpressa. *Thlaspi campestris.*

FOLIA ERECTA, aufrecht, ad angulum acutissimum erecta. *Bryum unquiculatum.*

—— PATENTIA, abstehend, ad angulum acutum erecta, *Nerium Oleander. Veronica Beccabunga.*

—— PATENTISSIMA seu HORIZONTALIA, wagerecht, ad angulum rectum a caule distantia. *Pelargonium patulum. Phlomis herba venti.*

—— ADSCENDENTIA seu ASSURGENTIA, aufgebogen, primo deorsum dein sursum forma arcus flexa. *Geranium vitifolium.*

—— RECURVATA seu REFLEXA, zurückgebogen, *Bryum pellucidum.*

—— DEPENDENTIA, niederhångend, terram versus pendentia. *Cichorium Intybus.*

—— OBLIQUA, schiefstehend, basi coelum, apice horizontem spectantia. *Allium obliquum.*

—— ADVERSA, halbumgedreht, paginam superiorem meridiei (non coelo) obvertentia. *Lactuca Scariola.*

—— RESUPINATA, ganz umgedreht, pagina superiore inferiore et contra inferiore superiore facta. *Alstromeria pelegrina. Stoebe prostrata.*

—— REVOLUTA, zurükgerollet, apice in spiram recurvata *Dianthus Carthusianorum — barbatus.*

—— RADICANTIA, wurzelnd, radices in terram agentia. *Asplenium rhizophylla.*

—— NATANTIA, schwimmend, in aquae superficie natantia. *Nymphaea alba — lutea. Potamogeton natans.*

FOLIA SUBMERSA, untergetaucht, sub aquae superficie crescentia. *Hottonia palustris. Ranunculus aquatilis.*

Ab INSERTIONE in caulem.

FOLIA PETIOLATA, gestielt, petiolo instructa. *Prunus Cerasus.*

—— SESSILIA, aufsizend, absque petiolo cauli insidentia. *Saponaria officinalis.*

—— ADNATA, angewachsen, pagina superiore ramo aliquantum adnexa. *Xeranthemum vestitum.*

—— DECURRENTIA, hinablaufend, bases foliorum cum utraque superficie in caule longius adnexa decurrentes. *Carduus spinosus — canus. Verbascum Thapsus.*

—— CONNATA, verwachsen, folia duo opposita suis basibus concrescentia. *Cerastium perfoliatum. Dipsacus laciniatus. Lonicera Caprifolium. — sempervirens.*

—— CONNATO-PERFOLIATA, zusammenverwachsen-durchbohret, connata et perforata. *Eupatorum perfoliatum. Lonicera dioica.*

—— AMPLEXICAULIA, umfassend, folia sua basi caulem ambientia. *Carduus marianus. Papaver somniferum.*

—— VAGINANTIA, einfassend, folia sua basi vaginam formantia, quae caulem includit. *Canna indica. Polygonum Bistorta.*

—— PELTATA, schildförmig, petiolus non basi sed disco folii insertus. *Tropaeolum majus. Ricinus communis.*

Folia perfoliata, durchbohret, caulis discum folii transiens. *Bupleurum rotundifolium. Uvularia perfoliata. Crotalaria perfoliata.*

—— articulata, gegliedert, unum folium ex apice alterius enascitur. *Cactus Ficus indica. Cactus Opuntia.*

A Basi *folii.*

Folia cordata, herzförmig, basis folii ovati in duos lobos rotundos excisa. *Arctium Lappa. Tamus communis.*

—— sagittata, pfeilförmig, basi in duos lobos acutos, recta decurrentes, excisa. *Rumex Acetosa. Sagittaria. Polygonum Fagopyrum.*

—— hastata, spießförmig, lobi acuti baseos non deorsum sed extrorsum prominent. *Arum maculatum. Antirrhinum Elatine.*

—— reniformia, nierenförmig, folia rotunda, in basi in lobos rotundos excisa, *Asarum europaeum. Glecoma hederacea. Saxifraga Geum.*

—— auriculata, beohret, petiolus sub basi folii ala instructus. *Citrus Aurantium.*

—— inaequalia, ungleich, basis in uno latere magis prolongata. *Tilia europaea. Piper tuberculatum.*

Ab Apice folii.

Folia acuta, spitzig, apex in angulum desinens.

—— acuminata, zugespitzt, apex acutus longe protrusus. *Syringa vulgaris.*

—— cuspidata, feingespitzt, apex protractus in setam herbaceam desinens. *Ficus religiosa.*

FOLIA MUCRONATA, stechend, apex in mucronem pungentem desinens. *Bromellia Ananas. Jucca Draconis.*

—— OBTUSA, stumpf, apex simpliciter rotundatus. *Tanacetum Balsamita. Rumex obtusifolius.*

—— RETUSA, eingedrückt, apex obtusus, quasi introrsum pressus. *Ervum Ervilia. — Vicia sativa. Sempervivum canariense.*

—— PRAEMORSA, abgebissen, apex linea inaequali truncatus. *Hibiscus praemorsus.*

—— TRUNCATA, abgestuzt, apex linea aequali truncatus. *Liriodendron Tulipifera.*

—— DEDALEA, verworren, Apex latior, incisus et crispus. *Asplenium Scolopendrium.*

—— EMARGINATA, ausgerandet, Apex crena excisus. *Hydrocotile vulgaris. Euphorbia tuberosa. Coronilla securidata. Cheiranthus Chius.*

—— APICE INCISA, zweyspizig, Apex incisus. *Glinko biloba.*

—— CIRRHOSA, rankig, apex cirrho terminatus. *Lathyrus articulatus. Gloriosa superba.*

—— TRIDENTATA, dreyzähnig, in apice obtuso 3 dentes. *Buchera aetiopica. Genista tridentata.*

—— ASCIDIATA, schlauchförmig, tubus cylindricus, aqua lympidissima repletus, operculo se quandoque aperiente instructus in apice folii. *Nepenthes destillatória. Sarracenia.*

A MAR-

A MARGINE folii.

FOLIA INTEGRA, unausgeschnitten, indivisus, omnique sinu destitutus margo. *Tragopogon pratense et porrifolium.*

—— INTEGERRIMA, ganz, Margo linearis nec minimum sectus. *Citrus Aurantium.*

—— UNDULATA, wellenförmig, Margo sursum ac deorsum flexus. *Panicum hirtellum. Colchicum variegatum.*

—— CRENATA, gekerbt, Margo dentibus rotundis, et rectis excisus. *Betonica officinalis. Scutellaria galericulata. Mespillus Pyracantha.*

—— DUPLICATO-CRENATA, doppelt gekerbt, Dentes majores sunt minoribus crenati. *Salvia Sclarea. Ranunculus auricomus.*

—— SERRATA sägeförmig, Margo dentibus acutis, versus apicem folii directis excisus. *Sedum Telephium.*

ACUTE SERRATA, scharfsägeförmig. *Thymus acinos.*

OBTUSE SERRATA, stumpfsägeförmig. *Ballota nigra.*

—— DUPLICATO-SERRATA, doppelt sägeförmig, Serraturae majores minoribus gaudent. *Rubus fruticosus.*

—— DENTATA, gezähnelt, Margo dentibus exiguis sed valde ut plurimum distantibus obsitus. *Santolina Chaemae-Cyparissus. Oenothera biennis. Phylladelphus coronarius. Campanula Trachelium.*

FOLIA EROSA, ausgebissen, Margo inaequalibus et exiguis excisuris excisus, ac si dentibus morsus *Salvia aethiopica — disermas — pyrenaica.*

—— MARGINE CATILAGINEA, am Rande knorplicht, Margo durior quam discus. *Tucca gloriosa. Aloe variegata.*

—— MARGINE SPINOSA, am Rande stachelig, Margo spinis munitus. *Ilex Aquifolium. Carduus marianus.*

—— CILIATA, am Rande behaaret, Margo pilis rigidis obsitus. *Carduus canus* et *monspessulanus. Sempervivum tectorum.*

A SINIBUS in margine folii.

FOLIA SINUATA, buchtich, Margo sinibus amplioribus, profundioribus excisus. *Quercus Robur. Acanthus mollis. Alcea rosea.*

—— REPANDA, ausgeschweift, Margo sinibus valde exiguis, non profundis excisus. *Tropoeolum minus. Erysimum Alliaria — repandum. Chenopodium glaucum. Solanum sanctum.*

—— PINNATIFIDA, geschlizt, SEMIPINNATA, halbgefiedert, Margo foliorum longorum transversim et profunde in lobos fere aequales incisus. *Centaurea Cacitrapa. Acanthus spinosus. Scabiosa arvensis.*

—— LYRATA, leyerförmig, Lobus finalis foliorum pinnatifidorum valde amplus et rotundus, lobi vero inferiores minores et remotiores. *Geum urbanum.*

Erysimum Barbarea. Brassica Eruca. Centaurea sonchifolia.

FOLIA PANDURAEFORMIA, geigenförmig, Margo foliorum longorum utrimque magno sinu excisus. *Convolvulus panduratus. Rumex pulcher. Euphorbia heterophylla.*

—— RUNCINATA, schrotsägeförmig, Margo foliorum pinnatifidorum pinnis constans acutis et deorsum aliquantum arcuatis. *Leontodon Taraxacum. Erysimum officinale.*

—— LACINIATA, eingeschnitten, Margo in lacinias seu acumina incisus. *Cotyledon laciniata. Aconitum Camarum.*

—— SQUARROSA, sparrich, Margo in lacinias, alterne sursum ac deorsum flexas, obsitus. *Centaurea Calcitrapa. Carduus marianus- lanceolatus.*

—— PARTITA, getheilt, rotunda ad basim fere usque incisa, ut

TRIFIDA, dreytheilig, tripartita. *Bidens tripartita. Passiflora minima.*

—— QUINQUEFIDA, fünftheilig, quinquepartita. *Geranium maculatum. — sibiricum. Jatropha gossypifolia.*

—— MULTIFIDA, vielgespaltet, Margo foliorum rotundorum ab apice versus basim fere incisus, absque relictis sinibus magnis intermediis. *Aconitum Napellus, Cucumis Colocynthis. Potentilla multifida. Paganum Harmela.*

Ab Angulis in margine folii.

Folia rotundata, gerundet, Margo absque omni angulo.

—— angulosa, eckig, Margo angulis acutis instructus.

triangularia, dreyeckig. *Chenopodium Bonus Henericus. — urbicum. Atriplex hortensis — halimus.*

quinqueangularia, fünfeckig. *Geranium peltatum.*

septemangularia, siebeneckig. *Hibiscus Abelmoschus.*

—— rhombea seu trapeziformia seu quadrangularia, rautenförmig, Rhombum seu quadranuglum regulare utcunque referunt. *Chenopodium Vulvaria — viride. Sida rhombifolia.*

—— deltoidea, deltaförmig, Rhombea, quorum margines inferiores multo breviores, quam superiores sunt. *Populus nigra. Chenopodium serotinum. Mesembryanthemum deltoideum.*

—— lobata, lappig, Margo in angulos rotundos ad dimidium folii excisus, ut

biloba, zweylappige, *Bauhinia porrecta.*

triloba, dreylappig, *Anemone hepatica.*

quinqueloba, fünflappig, *Humulus Lupulus. Acer pseudoplatanus.*

—— palmata, handförmig, Margo juxta longitudinem ultra dimidium folii in lobos quinque inci-

sus. *Ficus Carica. Alcea ficifolia. Platanus orientalis. Passiflora coerulea,*

A Figura circumferentiae

Folia orbiculata, cirkelrund, Circumferrentia ejusdem ubique diametri. *Tropaeolum minus. Geranium sanguineum, Cotyledon orbiculata. Hydrocotile vulgaris.*

—— subrodunda, rundlicht, Circumferentia orbiculata, sed Diameter longitudinalis vel transversalis aliquantum major. *Populus tremula, Malva rotundifolia. Mentha rotundifolia.*

—— oblonga, länglich, quorum diameter longitudinalis aliquoties superat transversalem. *Musa sapientum. Elaeagnus orientalis.*

—— ovata, eyrund, oblonga aliquantum, quorum basis rotunda et latior, apex rotundus, et angustior. *Origanum vulgare. Ocymum basilicum. Inula Helenium.*

—— obovata, umgekehrt eyförmig, ovata, quorum apex latior, basis angustior. *Samulus Valerandi. Celastrus buxifolius.*

—— ovalia, oval, ovata sed utraque extremitate aequali gaudent rotunditate. *Rhus Cotinus. Mamea americana.*

—— elliptica, elliptisch, ovalia, quorum diameter longitudinalis est transversali minor. *Origanum Majorana. Mentha Pulegium. Rhus coriaria.*

FOLIA PARABOLICA, parabolisch, oblonga, quorum apex sensim angustius rotundatur. *Marrubium Pseudo-dictamnus.*

—— CUNEIFORMIA, keilförmig, oblonga, sensim versus basim angustiora. *Iberis semperflorens. Globularia cordifolia.*

—— SPATULATA, spatelförmig, apex rotundus, subito ad basim usque linearis instar manubrii cochlearis. *Bellis perennis. Cucubalus Otites. Cotyledon spuria.*

—— LANCEOLATA, lanzenförmig, oblonga, versus apicem et basim acuminata. *Plantago lanceolata. Cheiranthus Cheiri.*

—— LINEARIA, strichförmig, oblonga, aequalis ubique latitudinis. *Senecio linifolius. Prenanthes tenuifolia.*

—— CAPILLARIA, haargleiche, linearia, tenuitate capilli. *Anethum Foeniculum. — graveolens.*

—— SETACEA, borstenförmig, setas referentia. *Asparagus officinalis. Scirpus setaceus.*

—— ACEROSA, Nadelblätter, linearia sed dura et hyeme persistentia. *Pinus sylvestris. Juniperus communis. Taxus baccata.*

A SUPERFICIE.

FOLIA GLABRA, glatt, absque omni nitore, ut folia pleraque.

—— NITIDA, glänzend, glabrite lucente. *Canna indica. Laurus nobilis.*

FOLIA LUCIDA, spiegelnd, tanquam vernice obducta. *Rovena lucida. Angelica lucida.*

—— VISCIDA, klebrig, tenaci humore oblita. *Senecio viscosus. Erygeron viscosum.*

—— NUDA, nackend, setis ac pilis destituta. Folia *pleraque.*

—— SCABRA seu ASPERA, scharf, punctis minimis visu tactuve dignoscendis obsita. *Silphium therebinthinaceum. Morus nigra. Humulus Lupulus. Campanula medium.*

—— PUNCTATA, punctirt, poris versus lucem visibilibus perforata. *Hypericum perforatum — balearicum. Alyssum montanum. Thymbra verticillata.*

—— PERTUSA, durchstossen, foramine majori et naturali perforata. *Dracontium pertusum.*

—— MACULATA, gefleckt, maculis conspersa. *Orchis maculata. Pulmonaria officinalis.*

—— COLORATA, gefärbt, alio colore quam viridi induta. *Amaranthus tricolor. Arum pictum Atriplex. hortensis rubra.*

—— INCANA, weißlicht, albida. *Populus alba.*

—— LINEATA, gestrichet, lineis superficialibus instructa. *Stirpus maritimus.*

—— STRIATA, gestreift, striis coloratis notata. *Phalaris arundinacea.*

—— SULCATA, gefurchet, striis profundioribus et latioribus instructa. *Digitalis ferruginea.*

FOLIA RUGOSA, runzlicht, rugis obsita. *Salvia Sclarea.*

—— BULLATA, blasicht, in bullas elevata, in superficie superiore convexas. *Ocimum Basilicum majus.*

—— LACUNOSA, vertieft, in bullas in superficie superiore concavas depressa.

—— PAPULOSA seu VESICULOSA, blåttrig, vesiculis cavis tecta. *Mesembryanthemum crystallinum*, *Aizoon canariense.*

—— PAPILLOSA seu VERRUCOSA, warzig, papillis solidis obsita. *Aloe margaritifera.*

—— GLANDULOSA, drůßicht, glandulis gaudentia. *Psoralea glandulosa. Prunus Padus. Salix alba.*

A VASORUM DISTRIBUTIONE in superficie folii.

NERVI sunt funiculi albi, elevati a basi folii orti.

COSTA est nervus medianus, crassus a basi ad apicem pergens.

VENAE vasa anastomosantia, e costa folii orta.

FOLIA NERVOSA, gerippet, nervis omnibus e sola basi ortis, instructa, ut

TRINERVIA, dreyrippig, si tres nervi a basi ortiuntur. *Laurus camphora Dianthus Carthusianorum.*

—— QUINQUENERVIA, fünfrippig, *Smilax tetragona.*

SEPTEMNERVIA, siebenrippig, *Dioscorea septemloba.*

NOVEMNERVIA, neunrippig, *Dioscorea quinqueloba.*

FOLIA TRIPLINERVIA, dreyfach gerippt, si duo nervi e basi et 2 e costa folii oriuntur et in linea recta versus apicem excurrunt. *Helianthus tuberosus.*

—— QUINTUPLINERVIA, fünffach gerippt, si duo nervi e basi et 4 e costa folii in linea recta ad apicem excurrunt.

—— NERVATA, stielrippig, si 2 nervi jam sub folii basi incipientes ad apicem folii excurrunt. *Helianthus annus.*

—— VENOSA, geadert, si vasa e costa folii orta reticulum vasculosum in ejusdem superficie formant. Hoc in plerisque observatur plantis. *Clusia venosa.*

—— VENOSO-NERVOSA, aderrippig, si plura vasa e basi orta, quae in ramos irregulares se distribuunt. *Tropaeolum majus. Begonia obliqua.*

—— AVENIA, ungeadert, absque venis. *Clusia alba — rosea.*

—— ENERVIA, rippenlos, absque omni nervo, e basi orto. *Asperula laevigata.*

Ab Expansione Superficiei.

FOLIA PLANA, flach, superficies in planum extensa. *Folia pleraque.*

—— CONCAVA, hohl, superficies superior cava, inferior convexa. *Saxifraga stolonifera.*

—— CONVEXA, gewölbt, superficies superior convexa, inferior concava. *Ocymum Basilicum majus.*

FOLIA CANALICULATA, rinnenförmig, Superficies folii longi per totam longitudinem in semicanalem flexa. *Allium angulosum. Tradescantia virginiana.*

—— CUCULLATA, kappenförmig. Folia cordata cum lobis forma cuculli versus basim utrinque antrorsum flexis. *Geranium cucullatum.*

—— PLICATA, gefaltet. Superficies a basi ad apicem in plicas *acutas* tota complicata. *Alchemilla vulgaris. Veratrum album.*

—— UNDATA, wogenförmig, superficies in plicas *obtusangulatas* flexa.

—— CRISPA, gekrauset, superficies ob marginis amplitudinem majorem quam disci in plicas innumeras sed *irregulares* complicata. *Malva crispa Rheum Rhabarbarum.*

A SUBSTANTIA folii *interna.*

FOLIA MEMBRANACEA, häutig, si vix ulla pulpa inter membras externas, quae folium constituunt. *Citrus medica* et plantae *pleraeque.*

—— CRASSA, dick, membranaceis aliquantum crassiora. *Sedum Telephium.*

—— CARNOSA, fleischig, maxime crassa, medulla solidiuscula, pomi consistentiam, habente farcta. *Sempervivum tectorum.*

—— PULPOSA, markig, maxime crassa, medulla pruni consistentiam habente, farcta. *Mesembryanthemum verruculatum.*

—— TUBULOSA, hohl, interne cava.

FOLIA COMPACTA, dicht, interne non cava.

—— RIGIDA, spröde, flexione facile frangibilia. *Stapelia.*

A FIGURA vocantur folia *crassa.*

FOLIA GIBBOSA, höckerig, in utraque superficie gibba. *Crassula Cotyledon.*

—— TERETIA, lang und rund, quorum diameter cylyndricas ubique *Allium Schoenoprasum. Salsola sativa.*

—— SUBULATA, pfriemenförmig, teretia sensim tenuiora, et in acumen desinentia. *Allium ascalonicum Narcissus Jonquilla. Aletris Guineensis.*

—— COMPRESSA, zusammengedrückt, discus in utraque superficie impressus. *Cacalia ficoides.*

—— DEPRESSA, eingedrückt, folia crassa in superficie superiori aliquantum impressa. *Crassula tetragona.*

—— TRIQUETRA, dreyseitig, crassa, triangularia. *Butomus umbellatus.*

—— TETRAGONA, vierseitig, subulata, quadrangularia. *Gladiolus tristis.*

—— LINGULATA, zungenförmig, linearia longa, obtusa in apice sed inferius parum convexa. *Aloe disticha. Mesembryanthemum linguiforme.*

—— ANCIPITIA, zweyschneidig, compressa, in utroque margine scindentia. *Typha latifolia.*

—— ENSIFORMIA, schwerdförmig, ancipitia, longa, sensim in acumen desinentia. *Iris germanica, Gladiolus communis. Ixia Chinensis.*

FOLIA CARINATA, nachenförmig, superficies superior longitudinaliter in angulum acutum contrahitur. *Allium carinatum.*

—— ACINACIFORMIA, sabelförmig, compressa, quorum unum latus scindens et in arcum flexum, alterum vero rectum et crassum. *Mesembryanthemum acinaciforme.*

—— DOLABRAEFORMIA, hobelförmig, valde compressa, quorum margo superior crassior, inferior autem scindens. *Mesembrianthemum dolabraeforme.*

—— UNCINATA, hackenförmig, superius plana, lateraliter compressa, et apex deorsum in uncum desinens. *Mesembryanthemum uncinatum.*

A FIGURA IMPERFECTA notantur folia membranacea particula *sub* seu fere.

FOLIA SUBSESSILIA, fast aufsitzend, cum petiolo valde exiguo. *Myrtus lucida.*

—— SUBOVATA, fast eyrund, ferme ad figuram ovatam accedens. *Atropa solanacea. Viola calcarata.*

—— SUBPILOSA, etwas haarig. *Nigella sativa.*

A FIGURA INVERSA notantur particula *ob.*

FOLIA OBCORDATA, umgekehrt herzförmig, si apex folii cordati petiolo insistit. *Oxalis. Acetosella.*

—— OBOVATA, umgekehrt eyförmig. *Cheiranthus chius. Vaccinium Vitis idaea Betula pumilla.*

A FIGURAE COADUNATIONE praeponitur nomen figurae eminentis.

FOLIA LANCEOLATO-OVATA, lanzen=eyförmig. *Nicotiana Tabacum.*

Folia ovato-lanceolata, eylanzenförmig, lanceolata sed in ventre latiora. *Saponaria officinalis.*

A Duratione.

Folia decidua, abfallend, unica aestate durantia. Folia *pleraque.*

—— caduca, hinfällig, aestate media jam decidentia.

—— perennia, jährig, integrum per annum, hinc etiam uno hyeme virentia, et novo vere, quando recentia jam erumpunt, decidentia.

—— persistentia, seu sempervirentia, immergrün, ausdaurend, plures per annos persistentia et virentia. *Pinus*, *Taxus.*

FOLIA COMPOSITA.

Respectu compositionis dividuntur folia

in simplicia, einfach, si ex apice petioli unum duntaxat exit folium. *Citrus medica.*

— composita, zusammengesetzt, si ex apice vel latere petioli plura quam unum prodeunt folia.

Folia composita iterum subdividuntur

in digitata, gefingert, si ex petiolo simplici plura quam duo exeunt folia. *Trifolium pratense.*

— pinnata, gefiedert, si ex latere petioli simplicis plura exeunt folia. *Acacia Pseudacacia.*

A Digitatione dicuntur folia digitata

Folia conjugata, gepaart, si ex apice petioli foliola 2 lateraliter exeunt. *Zygophillum Fabago.*

FOLIA BINATA, zweyzählig, si haec 2 foliola in basi aliquantum connata. *Lathyrus sylvestris.*

—— TERNATA, dreyzählig. *Oxalis Acetosella. Trifolium pratense. Menyanthes trifoliata.*

—— QUINATA, fünfzählig. *Potentilla reptans. Rubus fruticosus. Lupinus albus.*

—— SEPTENATA, siebenzählig. *Aesculus Hippocastanum.*

—— NOVENA, neunzählig. *Sterculia foetida.*

—— PEDATA, gefußt, petiolus *bifidus* in latere tantum interiore foliola plura emittit. *Helleborus niger et foetidus. Arum Dracunculus.*

—— ARTICULATA, gegliedert, ex apice unius folii exit alterum, et sic porro. *Cactus Ficus Indica.*

A PINNATIONE dividuntur folia *pinnata* in

FOLIA BIPINNATA seu DUPPLICATO PINNATA, doppelt gefiedert, si in folio pinnato loco unius 2 foliola pinnata adsunt. *Anemone Pulsatilla, Tanacetum vulgare.*

—— TRIPINNATA, seu TRIPLICATO-PINNATA, dreyfach gefiedert, si in folio pinnato loco unius 3 foliol a pinnata adsunt. *Coerophyllum sylvestre Scandix odorata.*

A NUMERO JUGARUM seu PARIUM in folio *pinnato.*

—— PALEACEUS, spreuartig, e squamis stramineis. *Helianthus annuus.*

—— ARISTATUS, grannenartig. Aristae duae vel tres in apice. *Tagetes patula. Bidens tripartita.*

—— ROSTRATUS, schnabelartig. Stylus germinis persistens. *Scandix Cerefolium. Sinapis.*

CALYCULUS CORNUTUS, hornartig. Rostrum incurvatum. *Nigella damascena.*

—— CRISTATUS, kammförmig. Membrana dentata vel profunde incisa seminis apici insidens. *Hedysarum Crista Galli.*

ALA SEMINIS.

Membrana e seminis latere in alam prolongata.

A NUMERO alarum

SEMINA MONOPTERYGIA, einflüglich. *Bignonia.*

—— DIPTERYGIA, zweyflüglich. *Betula.*

—— TRIPTERYGIA, dreyflüglich.

—— TETRAPTERYGIA, vierflüglich.

—— POLYPTERYGIA, vielflüglich, seu MOLENDINACEA, windmühlartige. Sic semina multialata plantarum quarumdam *umbelliferarum* vocantur.

CAUDA SEMINIS.

Filamentum longum ex apice seminis progrediens.

VARIETATES CAUDAE sunt

CAUDA SIMPLEX, einfach, setam longam aemulans. *Geranium zonale.*

—— PILOSA, haarig. *Clematis. Anemone Pulsatilla.*

—— GENICULATA, knieförmig. *Tormentilla.*

TERMINOLOGIA PLANTARUM CRYPTOGAMICARUM.

Vegetabilia, quorum genitalia oculis nudis se subtra-

hunt, et structura ab aliis plantis diversa gaudent, *Cryptogamica*, Cryptogamisten, vocantur.

CAULES plantarum cryptogamicarum vocantur *stipites*, Strunke, et folia *frondes*, Laube.

DIVIDUNTUR in IV ordines

in FILICES, Farrenkräuter, quae partes fructificationis sub forma *plurimarum squamularum*, potissimum in dorso frondium locatarum gerunt. *Polypodium.*

— MUSCOS, Moose, qui partes fructificationis in *capsulis* continent. *Politrichum.*

— ALGAS, Flechten, quae partes fructificationis in calyculis suarum frondium coriaciarum gerunt. *Lichen.*

— FUNGOS, Schwämme, qui partes fructificationis forma capsularum minimarum in carne pilei recondunt. *Agaricus campestris.*

F I L I C E S.

Plantae cryptogamae, quae suas partes fructificationis sub forma *squamularum* exhibent.

RESPECTU LOCI, quo squamulae fructificantes resident, dividuntur

in FILICES DORSIFERAS seu EPIPHYLLOSPERMAS, an dem Laub, in dorso frondium.

—— SPICIFERAS, an einer Aehre, squamulae fructificantes in spica. *Equisetum arvense.*

—— RHIZOSPERMAS, an der Wurzel, globuli fructificantes ad radicem. *Salvinia.*

Ex radice *unica* duntaxat prodit frons et frondes in infantia utplurimum, si quasdam filices Indicas excipias, sunt revolutae.

Indusium, Decke, est membrana tenuis, quae genitalia et semina filicum includit.

Varietates indusii sunt

Indusium planum, flach, plane semini incumbens. *Polypodium.*

—— peltatum, schildförmig, ope filamenti cum semine nexum. *Polypodium Filix mas.*

—— corniculatum, sackförmig, cylindricum et cavum. *Equisetum.*

M U S C I.

Plantae cryptogamicae, quae suas partes fructificationis in *capsula* continent.

Dividuntur a diversa *dehiscentia* capsulae

in muscos frondosos, Laubmoose, quorum capsula *operculata*, et frondes exiguae.

— —— hepaticos, Lebermoose, quorum capsula dissit in *valvas* et frondes majores ac vix stipidatae.

Partes capsulae in muscis *frondosis* sunt

1. surculus, Moosstengel, caulis folia gerens

2. seta, Borste, caulis thecam sustinens e surculo exiens

3. theca, Büchse, quae fructus est siccus in apice stipitis frondosi haerens.

4. OPERCULUM, Deckel, quod in peristomate locatur.

5. PERISTOMA, Maul, margo membranaceus, qui orificium thecae circumdat.

6. CALYPTRA, Mütze, cucullus muscorum thecis instar mitrae impositus. *Bryum caespiticium.*

7. PERICHAETIUM, Moosklech, membrana tenuissima vel squamosa circa basim setae.

8. FIMBRIA, Franze. Annulus dentatus in operculo, cujus vi elastica operculum dejicitur.

9. EPIPHRAGMA, Zwergfell, membrana tenuis peristoma quandoque occludens. *Polytrichum.*

10. SPHRONGIDIUM seu COLUMNULA, Saamensäulchen, filamentum medietatem thecae transiens, cui semina annectuntur.

11. APOPHYSIS, Ansatz, tuberculum carnosum sub basi thecae.

VARIETATES SURCULI

SURCULUS SIMPLEX, einfach. *Polytrichum commune.*

—— RAMOSUS, ästig. *Mnium androgynum.*

—— RAMIS DEFLEXIS, mit niederhangenden Aesten. *Sphagnum palustre.*

—— DECUMBENS, niederliegend.

—— REPENS, kriechend.

—— ERECTUS, aufrecht.

VARIETATES SETAE

SETA SOLITARIA, einzeln.

SETA AGGREGATA, haufenweis.

—— TERMINALIS, an der Spitze.

—— AXILLARIS seu LATERALIS, an der Seite.

VARIETATES CALYPTRAE

CALYPTRA INTEGRA, ganz, totum apicem thecae investiens. *Encalypta vulgaris.*

—— DIMIDIATA, halb, dimidum thecae tegens, ut in muscis plerisque. *Bryum androgynum.*

—— DENTATA, gezähnt, dentes in margine. *Encalypta ciliata.*

VARIETATES OPERCULI

OPERCULUM CONVEXUM, gewölbt.

—— ACUMINATUM, lang zugespitzt. *Polytrichum commune.*

—— PLANUM, flach.

—— PERSISTENS, bleibend, nunquam a peristomate secedens. *Phascum.*

VARIETATES PERISTOMATIS

PERISTOMA NUDUM, nackt, absque dentibus. *Gymonstomum.*

—— DENTATUM, zähnig. *Tetraphis.*

A L G A E.

Plantae cryptogamae, stipite carentes, ex solis frondibus utplurimum coriaceis constantes, quae suas partes fructificationis in calyculis frondium gerunt.

CALYCULI ALGARUM in sua substantia continent exiguas capsulas seminiferas , quae se porro aperiunt.

VARIETATES CALYCULORUM.

1. PELTA , Schild, fructus oblongus, planus, obtusus. *Lichen caninus.*

2. SCUTELLA , Schüßelchen, fructus orbiculatus, cavus vel planus. *Lichen stellaris.*

3. TUBERCULUM , Knoll, fructus haemisphaericus. *Lichen geographicus.*

F U N G I.

Plantae cryptogamae mere carnosae suas partes fructificationis forma capsularum minimarum in carne pilei recondentium.

Hae capsulae seminiferae in superficie, vel lamellis, poris aut aculeis. Hae capsulae ut in Algis se aperiunt.

PARTES FUNGORUM sunt

1. PILEUS, Hut. Pars suprema , orbiculata.
2. UMBO, Nabel. Pars eminentior in centro pilei.
3. LAMELLAE, Blättchen. Membranae lamellatae in inferiori superficie. In solis occurrunt *Agaricis.*
4. PORI, Löcher. Puncturae aciculares in superficie inferiori, qui in *Boletis* solis observantur.
5. ECHINI seu ACULEI, Stacheln. Apices prominentes in superficie pilei, qui solis *Hydnis* proprii.
6. VERRUCAE, Warzen. Prominentiae rotundae in inferiore superficie.

7. STIPES, Strunk. Caulis pileum sustinens.

8. VOLVA, Wulst. Membrana crassa pileum fungi adhuc impuberis cum stipite ambiens et rupto fungo adulto circa tellurem remanens. *Agaricus campestris.*

9. ANNULUS, Ring. Membrana tenuis stipitem annulatim ambiens.

VARIETATES PILEI

PILEUS PLANUS, flach.

—— CONVEXUS, gewölbt. *Boletus bovinus.*

—— CONCAVUS, hohl. *Octospora.*

—— UMBONATUS, nablicht. *Agaricus conspurcatus.*

—— CAMPANULATUS, glockenförmig. *Agaricus fimetarius.*

—— VISCIDUS, klebrig.

—— DIMIDIATUS, halbrund. *Agaricus niveus.*

—— SQUAMOSUS, schuppig, squamis incumbentibus utplurimum coloratis notatus. *Agaricus procerus.*

—— SQUARROSUS, sparrig, squamis elevatis instructus. *Agaricus conspurcatus.*

VARIETATES LAMELLARUM

LAMELLAE AEQUALES, gleichlange. *Agaricus crinitus* —

—— INAEQUALES, ungleiche. Magnitudine inaequales.

—— RAMOSAE, ästig, si plures lamellam in unam confluunt. *Merulius cantharellius.*

LAMELLAE DECURRENTES, herablaufende, in stipitem decurrentes.

— VENOSAE, adrig, adeo exiguae, ut merae venae elevatae esse videantur.

— DIMIDIATAE, halblang. *Agaricus muscarius.*

— LABYRINTHIFORMES, labyrinthförmig. *Agaricus quercinus.*

VARIETATES VOLVAE

VOLVA SIMPLEX, einfach.

— DUPLEX, doppelt.

— STELLATA, sternförmig, multoties incisa. *Lycoperdon stellatum.*

VARIETATES ANNULI

ANNULUS ERECTUS, aufrecht, infra accretus, supra liber. *Agaricus conspurcatus.*

— INVERSUS, umgekehrt, supra accretus, infra liber ut campanula dependens. *Agaricus Mappa.*

— SESSILIS, sitzend, lateraliter duntaxat accretus.

— MOBILIS, beweglich, sursum ac deorsum movendus. *Agaricus antiquatus.*

— PERSISTENS, bleibend, post fungi evolutionem integram adhuc permanens.

— FUGAX, verschwindend, post integram fungi evolutionem evanescens.

— ARACHNOIDEUS, spinnewebenartig, ex tenuissima tela alba constans.

VARIETATES STIPITIS.

STIPES ANNULATUS, geringelt, annulo instructus. *Agaricus conspurcatus.*

—— NUDUS, nackt, annulo carens. *Boletus bovinus. Phallus esculentus.*

—— SQUAMOSUS, schuppig, squamis elevatis tectus.

—— BULBOSUS, bauchig. *Agaricus separatus.*

—— FILIFORMIS, fadenförmig. *Agaricus crinitus.*

TERMINOLOGIA GRAMINUM.

Plantae, quarum caulis nodosus, folia longa, vaginantia, calyx glumosus. Inflorescentia spicata aut paniculata. Semina nuda.

PARTES SPECIALES graminum sunt

1. CULMUS, Halm, qui caulis est graminum.
2. LIGULA, Blatthäutchen, membrana transparens, exigua, ad basim folii in margine vaginae.
3. RACHIS, Spindel, pedunculus primarius locustarum.
4. SPICULAE seu LOCUSTAE, Grasährchen, sunt flores plures pedunculo inhaerentes, et unica calyce circumdati.
5. GLUMA, Balg, calyx graminis e foliolis concavis, quae *valvae* vocantur.
6. COROLLA GRAMINUM, seu PETALA, Blumenkron, foliola concava, seu gluma membranacea interior, multo tenuior, quam gluma exterior, quae calycem constituit.

7. ARISTA, Granne, filamentum setiforme e gluma exiens.

VARIETATES CULMORUM.

CULMUS TERES, rund. *Carex uliginosa.*

—— TETRAGONUS, vierwinklich. *Festuca ovina.*

—— TRIANGULARIS, dreyeckig. *Eriocaulon triangulare.*

—— CAPILLARIS, haarförmig. *Scirpus capillaris.*

—— PROSTRATUS, niederliegend. *Agrostis canina.*

—— REPENS, kriechend. *Agrostis stolonifera — alba.*

—— NUDUS, nackt. *Carex montana — brizoides.*

VARIETATES LIGULARUM

LIGULA INTEGRA, ganz. *Poa pratensis.*

—— FISSA, gespalten. *Phleum crinitum.*

—— LACERA, zerschlitzt. *Milium lendigerum.*

—— CILIATA, wimprig. *Holcus lanatus.*

—— TRUNCATA, abgestutzt. *Avena fatua.*

—— ACUMINATA, langgespitzt. *Phalaris paradoxa.*

VARIETATES RACHIS

RACHIS FLEXUOSA, hin und hergebogen. *Panicum filiforme.*

—— TERETIUSCULA, rundlig. *Panicum colonum.*

—— LINEARIS, gleichbreit. Membranacea. *Panicum dimidiatum.*

—— TRIGONA, dreywinklig. *Panicum crus corvi.*

RACHIS QUINQUEANGULARIS, fünfeckig. *Panicum crus galli.*

VARIETATES SPICULARUM seu LOCUSTARUM.

SPICULA UNIFLORA, einblumig. *Agrostis.*

— BIFLORA, zweyblumig. *Aira.*

— TRIFLORA, dreyblumig. *Elymus virginicus. Lolium tenue — virginicum.*

— MULTIFLORA, vielblumig. *Festuca elatior. Bromus secalinus.*

VARIETATES GLUMARUM

GLUMA UNIVALVIS, einspelzig. *Lolium perenne.*

— BIVALVIS, zweyspelzig. *In plerisque graminibus.*

— TRIVALVIS, dreyspelzig. *Panicum miliaceum.*

— MULTIVALVIS, vielspelzig. *Uniola paniculata.*

— COLORATA, gefärbt, alio quam viridi colore gaudens. *Holcus bicolor.*

A NUMERO FLORUM, quos gluma continet

GLUMA UNIFLORA, einblüthig. *Panicum.*

— BIFLORA, zweyblüthig. *Aira. Melica.*

— MULTIFLORA, vielblüthig. *Poa. Avena.*

AB HABITU EXTERNO glumarum

GLUMA GLABRA, glatt. *Holcus laxus.*

— HISPIDA, rauch. *Secale orientale.*

— STRIATA, gestreift. *Holcus striatus.*

— VILLOSA, haarig. *Holcus Sorghum — saccharatus. Bromus purgans.*

— CILIATA, raustharig. *Bromus ciliatus.*

GLUMA MUTICA, grannenlos, absque arista. *Briza. Poa.*

—— ARISTATA, gekrannet, arista instructa. *Hordeum.*

VARIETATES ARISTARUM

ARISTA NUDA, nackt, absque villis. *Stipa arguens — juncea.*

—— PLUMOSA, federig, villis albis obsita. *Stipa pennata.*

—— RECTA, gerade, absque flexura. *Bromus secalinus — mollis.*

—— GENICULATA, geknieet, in medietate geniculo flexa. *Avena sativa.*

—— RECURVATA, zurückgekrümmet, in arcum flexa. *Holcus lanatus.*

—— TORTILIS, gedrehet, spiraliter contorta. *Agrostis rubra. Aira montana.*

—— TERMINALIS, Endgranne, ex apice glumae orta. *Agrostis miliacea.*

—— DORSALIS, Rückengranne, sub apice glumae prodiens. *Agrostis canina. Bromus. Avena Loeflingiana.*

VARIETATES SEMINUM

SEMINA NUDA, nackt, ut in omnibus fere graminibus.

—— CORTICATA, rindigte, dum petala arcte involvunt semina, eique fere adnascuntur. *Hordeum. Avena.*

VARIETATES INFLORESCENTIARUM GRAMINEARUM.

I. SPICA GRAMINEA, Grasähre. Spiculae plures sessiles vel brevissime pedunculatae pedunculum communem alternatim ambientes.

A SITU FLORUM in spica.

SPICA GLOMERATA, geknault, ex capitulis seu glomerulis exiguis. *Cyperus glomeratus. Restio elegia.*

—— IMBRICATA, dachziegelförmig. *Triticum aestivum.*

—— DISTYCHA, zweyzeilig, duas formans series. *Hordeum dystichum. Schoenus compressus.*

—— DIGITATA, gefingert, ex apice plures prodeunt spiculae. *Panicum sanguinale. — Dactylis. Andropogon ischaemum.*

—— SECUNDA, einseitig. *Dactylis cynosiroides.*

—— TERMINALIS, an der Spitze. *Carex pilulifera. Scirpus setaceus.*

A FIGURA

SPICA CYLINDRICA, gleichdick, teres. *Alopecurus bulbosus. Phleum nodosum — pratense.*

—— LINEARIS, gleichbreit. *Anthoxanthum indicum.*

—— OVATA, eyrund. *Phleum alpinum. Holcus spicatus.*

—— CILIATA, haarig. *Phleum arenarium. Dactylis ciliaris.*

II. PANICULA GRAMINEA, Grasrispe. Pedunculus communis multos dat ramos laterales, irregulares, quibus spiculae insident. Hinc *spica* est *ramosa.*

A Divisione

Panicula simplex, einfach, rami laterales non divisi. *Cynosurus virgatus. Phalaris zizanioides.*

—— ramosa, ästig. *Milium punctatum.*

—— ramosissima, sehr ästig. *Panicum miliaceum. Melica altissima.*

A Situ ramorum

Panicula patens, abstehend. *Bromus secalinus. Boa distans. Agrostis stolonifera.*

—— coarctata, gedrångt, rami dense locati. *Agrostis sylvatica.*

—— secunda, einseitig, rami omnes versus unum latus. *Festuca elatior. Dactylis glomerata.*

—— spicata, åhreförmig, spiculae spicam racemosam referunt. *Aira subspicata. Poa spicata. Phalaris utriculata.*

SYSTEMA PLANTARUM.

Methodica dispositio plantarum omnium, cujus ope plantae cujusvis nomen et discrimen ab alia ex signo aliquo characteristico seu *habitu* inveniri potest.

Habitus autem plantarum vocatur collectio notarum constantiorum in figura partium, quibus plantae sine praemisso examine taedioso *cognationem* suam produnt.

Dividitur ergo plantarum systema

in naturale, quod ex habitu generum in omnibus partibus conveniente

— artificiale, quod ex habitu generum, in una duntaxat parte congruentium, conficitur. Sic quidam a *corollis*, alii ex *calycibus*, alii ex *foliis*, alii ex alia parte systemata artificialia condiderunt.

Systema naturale, quo ad omnes hucusque cognitas plantas nondum est inventum, quidquid tentarunt botanici.

Hinc ob systematis naturalis defectum amplecti cogimur *systema artificiale*. Ex omnibus huc usque tentatis systematibus artificialibus optimum ac completissimum adhuc est *Illustris Linnei* systema *sexuale*, quod ergo et nos amplectimur.

SYSTEMA SEXUALE.

Systema, quod ex partibus fructificationis constructum est.

Omnes plantae in hoc systemate dividuntur in classes, ordines, subordines, genera, species et varietates.

Classes, quae *primariae* sunt *differentiae* plantarum, secundum *staminum* numerum, proportionem, situm et nexum conficiuntur.

Ordines sunt primariae *classium divisiones*, quae maximam partem a *pistillorum* numero formantur

Subordines sunt ordinum, si nimis copiosi, *subdivisiones*, ut citius inveniatur genus.

Genera sunt *cognationes* plurium plantarum ejusdem ordinis vel subordinis in una vel pluribus notis characteristicis partium fructificationis, quae *characterem essentialem* constituunt.

Species sunt *individua* singula generum, quae ex semine nata semper manent eaedem et ex specifica determinatione partium haud solum fructificationis sed etiam vegetationis desumi solent.

Varietates sunt specierum consuetarum degenerationes exiguae et inconstantes in colore, magnitudine, hirsutie, odore, monstrositate, vel alia re, quorum semina hinc iterum facile in primariam redeunt plantae speciem, unde nascebantur.

Tiro igitur plantam inquisiturus quaerat 1. Classem. 2. Ordinem. 3. Subordinem, si quis invenitur. 4. Perlegat genera hujus subordinis. 5. Species inventi generis. Si vero planta cum nullo genere vel cum nulla specie hujus generis conveniret, tunc planta esset *nova* vel a *Linneo* non descripta.

CLASSES PLANTARUM.

Omnes plantae juxta systema sexuale a staminum numero, longitudine, concretione et situ in 24 dividuntur classes.

I. A Numero staminum librorum in flóre hermaphrodito formantur primae 13 classes.

1. Monandria, Monandrie, stamen unicum. *Canna indica.*
2. Diandria, Diandrie. Stamina 2. *Jasminum officinale. Salvia officinalis.*
3. Triandria, Triandrie, stamina 3. *Iris germanica.*
4. Tetrandria, Tetrandrie, stamina 4. *Scabiosa arvensis. Rubia tinctorum.*
5. Pentandria, Pentandrie, stamina 5. *Nicotiana Tabacum. Convolvulus sepium.*
6. hexandria, Hexandrie, stamina 6. *Lilium candidum. Hemerocalis fulva.*
7. Heptandria, Heptandrie, stamina 7. *Aesculus Hippocastanum.*
8. Octandria, Oktandrie, stamina 8. *Tropaeolum majus. Oenothera biennis.*
9. Enneandria, Enneandrie, stamina 9. *Laurus nobilis. Butomus umbellatus.*
10. Decandria, Decandrie, stamina 10. *Dictamnus albus. Ruta graveolens.*

Planta hendecandra seu cum 11 staminibus nondum fuit visa.

11. Dodecandria, Dodecándrie, stamina a 12 ad 19. *Asarum europaeum. Sempervivum tectorum.*
12. Icosandria, Ikosandrie, stamina 20 aut plura,

sed calyci non receptaculo inserta. *Pyrus Cydonia. Fragaria vesca.*

13. Polyandria, Polyandrie, stamina 20 et ultra imo ad 1000 receptaculo insidentia. *Papaver rhoeas. Poeonia officinalis.*

II. Ab inaequali longitudine 2 vel 4 staminum, formatur classis

14 Didynamia, Didynamie, stamina 4, sed 2 longiora. *Leonurus Cardiaca. Mentha sylvestris.*

15. Tetradynamia, Tetradynamie, stamina 6, sed 2 longiora. *Raphanus sativus. Sisymbrium Nasturtium.*

III. A concretione staminum cum aliqua sui parte vel cum pistillo formatur.

16. Monadelphia, Monadelphie, filamentorum concretio in unum fasciculum. *Althaea officinalis. Malva sylvestris. Alcea rosea.*

17. Diadelphia, Diadelphie. Filamentorum concretio in duos fasciculos. *Lathyrus latifolius. Phaseolus vulgaris. Robinia Pseudacacia.*

18. Polyadelphia, Polyadelphie. Filamentorum concretio in tres vel plures fasciculos. *Hypericum perforatum. Citrus medica.*

19. Syngenesia, Syngenesie. Antherarum raro simul filamentorum concretio in tubulum, quem transit pistillum. *Viola odorata. Tagetes patula.*

20. Gynandria, Gynandrie. Stamina pistillis non receptaculo insident, vel genitalia utraque mediante pedicello ex receptaculo floris elevantur. *Passiflora coerulea.*

IV. A Situ staminum et pistillorum in *diversis* floribus, vel in *diversis* plantis.

21. Monoecia, Monöcie. Stamina et pistilla in *diversis floribus*, sed in eadem planta. *Cucumis sativus. Momordica Elaterium.*

22. Dioecia, Diöcie. Stamina et pistilla in *diversis plantis.* Hinc una planta vocatur *mas*, altera *femina. Cannabis sativa. Spinacia oleracea.*

23. Polygamia, Polygamie. Praeter flores *hermaphroditos* etiam flores masculi vel feminei, vel utrique in eadem adsunt planta. *Ceratonia siliqua. Acer campestre.*

V. A Florescentia non *visibili.*

24. Cryptogamia, Cryptogamie. Genitalia oculis nudis non conspicua. *Polypodium vulgare. Agaricus campestris.*

CLAVIS CLASSIUM.

In Tironum commodum *clavis* habetur *classium*, quae viae adinstar per dichotomias ad classem ducit, cujus est planta examinanda. Haec *clavis* est

- FLORESCENTIA
  - manifesta.
    - monoclinia.
      - diffinitas
        - indifferentissimus.
        - subordinatio.
      - affinitas.
    - diclinia.
  - occulta.

FLORESCENTIA MANIFESTA in primis 23 classibus quaerenda- OCCULTA autem in *Cryptogamia.*

MONOCLINIA, id est, si flores omnes hermaphroditi et liberi in primis 13 classibus quaerenda, si subordinatio nulla adest.

DICLINIA, i. e., si flores adsunt, vel soli masculi vel soli feminei, vel mixti in *Monoecia* vel *Dioecia* vel *Polygamia* quaeratur.

DIFFINITAS, i. e., nulla concretio in staminibus.

AFFINITAS, i. e., staminum concretio vel in filamentis, vel in antheris, vel cum pistillo invenietur in *Monadelphia*, *Diadelphia* , *Polyadelphia*, *Syngenesia vel Gynandria.*

SUBORDINATIO, i. e., si duo stamina breviora, 2 autem vel 4 longiora sunt, in *Didynamia* vel *Tetradynamia* invenitur

INDIFFERENTISSIMUS. Si ergo in florescentia manifesta, nec diclinia, nec affinitas, nec subordinatio obtinet, tunc numerentur stamina.

Tiro igitur plantam examinans, hanc sibi familiarem reddat formulam, in inflorescentia manifesta

1. AN DICLINIA, si non
2. — AFFINITAS, si non

3. An subordinatio, si neque haec, tunc
4. Numerentur stamina primarum 13 classium.

ORDINES CLASSIUM.

Ordines sunt classium divisiones primariae.

Ut classes a staminibus sic ordines in primis 13 saltem classibus a stylis, in reliquis a fructu, in ultimis a staminibus formantur.

Si plura germina unico tantum gaudent stylo, tunc hic unice numeratur. Si vero *nullus* adest *stylus*, tunc *stigmata* numerantur.

Ordines primarum 13 classium, quae desinunt in *andriis* a numero stylorum formantur et dicuntur

Monogynia, Monogynie, si stylus unus
Digynia, Digynie, si 2
Trigynia, Trigynie, — 3
Tetragynia, Tetragynie, — 4
Pentagynia, — 5
Hexagynia, — 6
Heptagynia, — 7
Decagynia, — 10
Dodecagynia, — 12
Polygynia, — ultra 12 adsunt styli.

Non datur planta cum 8, 9, vel 11 stylis, hinc *octogynia*, *enneagynia et hendecagynia* desideratur.

In didynamia, cum omnes plantae unico duntaxat instruantur stylo, divisio formatur a *semine nudo* vel *tecto*

in GYMNOSPERMIAM, in qua semina *nuda* et plerumque 4 adsunt germina. *Mentha. Ajuga pyramidalis.*

— ANGIOSPERMIAM, in qua semina *tecta*, et unicum adest germen. *Anterrhinum. Scrophularia.*

IN TETRADYNAMIA, in qua etiam omnes plantae unico duntaxat gaudent stylo, ordines dividuntur a *fructu*

in SILICULOSAS, mit Schötchen, si siliculis gaudent. *Lunaria annua. Thlaspi Bursa pastoris.*

— SILIQUOSAS, mit Schoten. Si siliquis instruuntur. *Cheiranthus. Raphanus.*

IN ADELPHISIS seu MONODELPHIA, DIADELPHIA, et POLYADELPHIA ordines formantur a *numero antherarum* vel *apicum librorum* filamentorum, in fasciculum concretorum. Ita ordines a *Triandria* ad *Polyandriam* usque formantur.

TRIANDRIA, in Monadelphia. *Galaxia.*

HEXANDRIA, in Diadelphia. *Fumaria.*

DECANDRIA, in Diadelphia. *Phaseolus. Lathyrus.*

ICOSANDRIA, in Polyadelphia. *Citrus medica.*

POLYANDRIA, in Monadelphia. *Malva. Alcea.*

IN SYNGENESIA, quae paucis exceptis, floribus gaudet compositis, quorum nuptiae *Polygamia* vocantur, notari debet prius, pistilla floris radiati in disco vocari *mulieres*, in radio *concubinas.*

SYNGENESIAE sextuplex datur ordo, nempe

1. Polygamia aequalis, gleiche Polygamie. Flores sunt tubulosi vel radiati omnes, ac hermaphroditi et pistilla a viris propriis omnia foecundantur. *Leontodon Taraxacum. Scorzonera.*

2. Polygamia superflua, überflüssige Polygamie, quorum discus ex floribus hermaphroditis constat foecundis, et ambitus ex floribus femineis, sed etiam foecundis. Hinc concubinae superfluae, quum mulieres foecundae. *Aster. Tagetes. Tanacetum.*

3. Polygamia frustranea, vergebliche Polygamie. Flores radiati se habent ut in polygamia superflua, sed flores radii sunt vel feminei et *steriles*, id est stygmate carentes, hinc semen maturum non proferentes, vel flores sunt *masculi* vel *neutri*, Hinc concubinae frustaneae, quum sint steriles. *Helianthus annuus. Coreopsis. Centaurea cyanus.*

4. Polygamia necessaria, nothwendige Polygamie. Flores in disco sunt steriles ob stigmatis defectum, sed flores in ambitu sunt foecundi. Hinc concubinae necessariae ad plantae propagationem ob mulierum sterilitatem. *Calendula officinalis. Filago.*

5. Polygamia segregata, getrennte Polygamie. Flos compositus Syngenesista, in quo flosculi singuli peculiari *calyculo* instructi sunt. *Echinops.*

6. Polygamia monogamia, einfache Ehe. Flos Syngenesista simplex in flore. *Viola tricolor. Impatiens.*

In Gynandria a numero staminum pistillis adhaerentium formantur ordines. Et hoc quidem a *Diandria* ad *Polyandriam*.

diandria. *Orchis. Cypripedium.*

hexandria *Aristolochia.*

In Monoecia et dioecia etiam ordines a numero staminum fiunt. A *Monandria* ad *Polyandriam* usque, sed additur *Monadelphia*, *Syngenesia* et *Gynandria.*

In Polygamia ordinum divisio est in *Monoeciam*, *Dioeciam* et *Trioeciam.*

In Cryptogamia tandem dividuntur ordines in *Filices* — *Muscos* — *Algas* — et *Fungos.*

FAMILIAE PLANTARUM NATURALES.

Maxime naturales plantarum familiae sunt

1. Arbores, Bäume. Truncus unicus et ligneus in apice in ramos, hyeme perennantes, divisus. *Tilia. Pyrus.*
2. Frutices, Sträucher. Truncus jam supra radicem ramosus, hyeme una cum ramis perennans.
3. Suffrutices, Stauden. Frutices, quorum pars superior et rami hyeme non perennant.
4. Palmae, Palmbäume. Truncus arbori similis

e petiolis foliorum compactus. Apice non ramosus, sed foliosus. Inflorescentia spadicea. Truncus in palmis *stipes*, folia dicuntur *frondes*.

5. HERBAE, Kräuter. Plantae, quae semel tantum flores ac fructus proferunt, ac dein una cum radice pereunt. Dividuntur

in ANNUAS, einjährige, quae eodem, quo florent anno, pereunt.

— BIENNES, zweyjährige, quae primo anno duntaxat folia, altero autem flores ac fructus proferunt, ac dein una cum radice moriuntur.

6. BULBOSAE, Zwiebelgewächse. Plantae, quae loco radicis bulbo instruuntur. *Lilium. Allium. Tulipa. Orchis.*

7. PARASITAE, Schmarozerpflanzen. Plantae alius plantae parti increscentes. *Loranthus. Viscum. Epidendrum.*

8. AQUATICAE, Wasserpflanzen. Quae duntaxat sub aqua vivunt. *Nymphaea. Potamogeton. Trapa natans.*

9. GRAMINA, Gräser. Culmus articulatus, folia longa, vaginantia, calyx glumosus, semina nuda. *Triticum. Secale. Hordeum.*

10. FILICES, Farrenkräuter. Plantae cryptogamae, quae suas partes fructificationis sub forma squamularum, globulos exiguos recondentium, in dorso foliorum vel spica vel ad radicem locatarum continent. Unicum duntaxat ut plurimum e ra-

dice prodit folium, in infantia revolutum. *Polypodium. Equisetum. Asplenium.*

11. Musci, Moose. Plantae cryptogamae, quae suas partes fructificationis in capsula, stipiti folioso, elongato insidente, recondunt. *Lycopodium. Polytrychum.*

12. Algae, Aftermoose. Plantae cryptogamae, quae nec radicem, nec caulem, nec folia habent distincta, sed foliola sistunt coriacea alius quam viridis coloris, in quarum substantia partes fructificationis reconduntur. *Lichen islandicus — pulmonaris. Fucus. Blasia.*

13. Fungi, Schwämme. Plantae cryptogamae, aphyllae, carnosae vel coriaceae, ut plurimum pileo et stipite vel globo constantes, quae suas partes fructificationis in superficie externa vel peculiaribus cavitatibus suae substantiae recondunt. *Agaricus. Boletus. Clathrus. Lycoperdon.*

ORDINES NATURALES PLANTARUM.

Cognationes plantarum quarumdam in habitu externo.

Primum et ultimum hoc in botania desideratum adhuc deest, nec nisi omnibus plantis cognitis elaborari poterit.

Fragmenta plantarum saltem *medicinalium* huc usque proposita, haec sunt:

1. CONIFERAE, Zapfen tragende. Quae strobilos gerunt. *Pinus. Cupressus. Juniperus.*
2. AMENTACEAE, kätzchenblüthige. Amentis instructae. *Salix. Corylus. Populus. Juglans.*
3. COMPOSITAE, zusammengesetztblüthig. Cum corollis compositis. *Calendula. Tanacetum. Anthemis.*
4. AGGREGATAE, mit gehäuften Blumenkronen. Cum corollis aggregatis. *Scabiosa. Valeriana. Statice.*
5. CONGLOMERATAE, Büschelweisvertheilte. *Poterium. Viscum album.*
6. UMBELLATAE, Doldentragende. Inflorescentia umbellata. *Daucus. Conium. Apium.*
7. HEDERACEAE, Epheuartige. Racemus compositus cum corollis quinquefidis, pentandris vel decandris et fructu baccifero. *Hedera. Vitis. Panax quinquefolium.*
8. SARMENTACEAE, Rankende. Caulis debilis, Corolla subliliacea. *Aristolochia. Asarum. Paris quadrifolia.*
9. STELLATAE, Sternblättrige. Folia stellata. Corolla quadrifida, tetrandra. Semina 2 libera. *Gallium. Asperula. Rubia tinctorum.*
10. CYMOSAE, Afterdoldenartig. Inflorescentia cymosa instructa. *Lonicera. Coffea. Linnaea borealis.*

11. CUCURBITACEAE, Kürbisartige, quae pepones gerunt. *Cucumis. Bryonia. Passiflora.*

12. LURIDAE, betäubende Pflanzen. Vis narcotica. Corolla ut plurimum monopetala, pentandra, perianthio cincta. *Datura. Solanum. Nicotiana.*

13. CAMPANACEAE, mit Glockenblumen. Corolla campanulata quinquefida. *Convolvulus. Campanula. Viola.*

14. CONTORTAE, mit gedrehten Blumen. Corolla limbus versus solem contortus, seu singula lacinia sub sociam fere arcuatim flectitur. *Nerium. Vinca. Asclepias.*

15. ROTACEAE, radblümige. Corolla rotacea. *Anagallis. Lysimachia. Cyclamen.*

16. SEPIARIAE, Beinholzige. Frutices sepiarii vel arborescentes, flores in thyrsum vel paniculam digesti utplurimum diandri. *Ligustrum. Jasminum. Olea. Syringa.*

17. BICORNES, Zweyhörnige. Quarum antherae duos longos exserunt apices. *Vaccinium. Pyrola. Erica. Ledum.*

18. ASPERIFOLIAE, scharfblättrige. Folia aspera et scabra. Corolla utplurimum monopetala, pentandra. Semina 4 libera. *Borrago. Symphytum. Echium.*

19. VERTICILLATAE, Querlförmige. Corollae ringentes vel labiatae caulem annulatim cingentes. *Ajuga. Mentha. Hysopus.*

20. PER-

20. PERSONATAE, Larvenblumige. Corollae larvatae. *Antirrhinum. Scrophularia. Gratiola.*

21. RHOEADEAE, Mohnartige. Calyx caducus, fructus capsula vel siliqua. *Papaver. Chelidonium. Argemone.*

22. PUTAMINEAE, Schaalige. Fructu duro, putamine incrustato instructae. *Capparis. Morisonia.*

23. SILIQUOSAE, Schottentragende, seu CRUCIFORMES, Kreuzblumige. Fructus siliqua vel silicula. Flos cruciatus, tetradynamus. *Raphanus. Cochlearia. Sinapis.*

24. PAPILIONACEAE, Schmetterlingblumige. Corolla papilionacea. *Phaseolus. Pisum. Vicia.*

25. LOMENTACEAE, Hülsenstaudige. Legumine vel lomento instructae, sed corolla non papilionacea. *Cassia. Ceratonia. Fumaria.*

26. MULTISILIQUAE, Vielschottige, siliquis multis utplurimum coadunatis instructae. *Poeonia. Aconitum. Aquilegia. Helleborus.*

27. SENTICOSAE, Dornichte. Folia et caules utplurimum aculeati vel pilosi. Corolla polypetaloidea. Fructus semina multa gymnosperma vel angiosperma continet. *Rosa. Potentilla. Tormentilla. Rubus.*

28. POMACEAE, Stein= und Kernfrüchte. Corolla icosandra. Fructus Pomum vel Drupa. *Pyrus. Prunus. Amygdalus.*

29. HESPERIDAE, Myrrenartige. Folia rigida, sempervirentia. Flores odori, polyandri. *Myrtus. Melaleuca. Caryophyllus aromaticus.*

30. SUCCULENTAE, Saftigblättrige. Folia crassa, carnosa. *Cactus. Sedum, Sempervivum.*

31. COLUMNIFERAE, Saulenblumige. Corolla malvacea. Stamina concreta in columnam. *Malva Althaea. Alcea.*

32. GRUINALES, Storchschnabelartige. Corolla pentapetala. Pistillum pluries divisum. Capsula acuminata. *Geranium. Linum. Oxalis.*

33. CARYOPHYLLEAE, Nelkenartige. Corolla pentapetala, longe unguiculata, decandra. Calyx monophyllus, tubulosus. *Dianthus. Saponaria. Agrostema.*

34. CALYCANTHEMAE, Kelchblühende. Flos elegans, calici insidens. Calyx cum germine concrescens vel illi insidens. *Lythrum Salicaria. Epilobium.*

35. ASCIROIDEAE, Hartheuartige. Corolla potissimum pentapetala. Filamenta in plures fasciculos concreta. Pistilla pluribus stigmatibus instructa. *Hypericum. Tilia. Nymphaea.*

36. COADUNATAE, Traubenförmige. Fructus e baccis pluribus in unum concretus. *Illicium. Annona. Magnolia.*

37. DUMOSAE, Markige. Frutices intus medullosi.

Corollae parvae, quadripartitae vel quinquepartitae. *Viburnum. Rhamnus. Sambucus.*

38. Trihilatae, Dreynablige. Stylus 3 stigmatibus et semina latis hilis instructa. Fructus alatus vel inflatus. *Aesculus. Tropaeolum. Berberis.*

39. Tricoccae, Dreyknöpfige. Capsula tricocca. *Euphorbia. Ricinus. Mercurialis.*

40. Oleraceae, Ballblüthige. Flores incompleti, inelegantes, in calyculis congesti. *Chenopodium. Beta. Spinacia. Rumex.*

41. Scabridae, rauchblättrig. Folia scabra. Flores incompleti, inelegantes. *Morus. Humulus. Cannabis.*

42. Vapreculae, mit gefärbten Kelchen. Calyx monophyllus instar corollae coloratus. *Daphne. Dirca. Gnidia.*

43. Piperitae, Pfefferartige. Flores in spicam dense congesti. *Piper. Arum. Acorus.*

44. Scitamineae, Bananengewächse. Caulis herbaceus. Folia lata. Germen obtuse angulatum sub corolla irregulari. *Amonum. Canna. Musa. Kaempferia.*

45. Liliaceae, Lilienartige. Corolla liliacea, stygma trilobum. *Colchicum. Lilium. Crocus.*

46. Ensatae, Schwerdtförmigblättrige. Folia ensiformia. Corolla hexapetala. Stygma tripetaloideum. *Iris.*

47. Tripetaloideae, mit dreyblättrigen Blumenkronen. Corolla tripetaloidea, vel trifida, Calyx similis. *Calamus Rotang. Butomus. Tradescanzia.*

48. Orchidiae, Orchisarten. Corolla orchidea. Radix carnosa, *Orchis. Cypripedium. Satyrium. Epidendrum.*

49. Calamariae, rohrartige Pflanzen. Graminibus affines, sed culmus non nodosus. *Cyperus. Carex arenaria. Typha.*

50. Gramina, Gräser.

51. Palmae, Palmbäume.

52. Filices, Farrenkräuter.

53. Musci, Moose.

54. Algae, Aftermoose.

55. Fungi, Schwämme.

INSTRUCTIO HORTI BOTANICI.

Locus amplus pro plantis numerosissimis alendis adaptatus *hortus* vocatur *botanicus* sive *Paradisus.*

Primaria talis horti *requisita* sunt

1. Hybernacula, quae plantas ab hyemis saevitie defendunt. Haec pariete fenestrato, plagae meridionali obverso, gaudeant. Huc pertinet

Calidarium, pro plantis *feris*, in temperatura a 12 ad 36 gr. therm. Hoc caminis 2, pulvillo et fenestris juste inclinatis sit instructum.

TEPIDARIUM pro plantis *aethiopicis* et *succulentis*. Caminis 2 et scamnis gradatis instruatur. Temperatura sit a 4 ad 12 grad. therm.

FRIGIDARIUM pro plantis *mansuetis*. Hoc unico instruatur camino. Temperatura sit 10 graduum.

Plantae respectu TEMPERATURAE, quam exigunt, dicuntur

FERAE, quae toto anno intra domum servandae.

MANSUETAE, quae aestate exeunt.

CICURES, quae clima nostrae hyemis ferunt.

2. AESTIVARIA, quae plantas ab aestatis injuria defendunt. Nempe

VAPORARIUM, quod in ventre equino, cortice obtecto, in ollis pullitiem seminum caldarii promovet.

SOLARIUM, pro plantis *aethiopicis*. Hoc in scamnis gradatis ollas plantigeras apricatur, noctu claudatur fenestris.

3. AQUARIA pro plantis *aquaticis* effossa, cespite vivo circumdanda. Aqua sit triplex

FLUVIATILIS, aqua motu agitata, seu rivulus, si licet, per hortum fluat.

LACUSTRIS. Fossa profunda aquam stagnantem continens.

PALLUSTRIS. Fossa cum fundo limoso, imbribus inundata.

4. Arboreta, pro arboribus et fruticibus cicuribus. Haec non noceant umbra et areas herbarum in procellis defendant.

5. Areae, pro plantis variis aeri exponendis. Hae sepibus vivis includendae.

Areae pro *plantis perennibus* sint spatiosissimae et divisae in pulvillos.

Areae pro *plantis annuis*, similes sint praecedentibus.

area meridionalis, quae aestate plantas *mansuetas* e frigidiario excipit. Hae a Quercus frondescentia ad Colchici autumnalis florescentiam aeri exponuntur.

— vernalis pro plantis *delicatulis*. Haec pariete a plaga boreali sit instructa.

— autumnalis pro plantis *rarioribus*, quae hyeme foliis et musco tegendae.

6. Aedes hortulani et operariorum, qui simul hortum custodiunt.

7. Loca quaedam occulta et reclusa pro instrumentis, machinis irroratoriis, ligno, fimo, etc.

8. Aedes professoris sint amplae pro habitatione, auditorio et museis.

9. Seminarium seu museum oblongum et altum pro seminibus in vitris separatis conservandis, lamina ferrea, tenui, foraminulosa tegendis, nomine inscripto ad vitri ventrem. In illo simul sit consignatio omnium plantarum in horto con-

tentarum, quarum numeri exacte numeris cujuslibet plantae in horto plantis adpositis, respondeat.

10. Herbarium siccum, quod omnes contineat, quotquot obtineri possunt plantae.

11. Herbarium pictum, in hoc quotcunque haberi possunt plantae, in naturali, quantum permittit majoris chartae folium, magnitudine vivis coloribus contineantur depictae.

12. Arcae duae pro herbariis, in quibus plantae ordine alphabetico vel systematico locentur.

13. Bibliotheca omnibus libris botanicis optime instructa.

EXCURSIO BOTANICA.

Excursio in variorum locorum regiones, plantis copiosis et raris divites, ut hae in loco natali examinari, ac pro horto botanico colligi possint.

Botanicus levi vestitu indutus cum sociis et hortulano iter botanicum suscipiat horis matutinis et antimeridianis, rarius ob nimium aestum aeris horis pomeridianis.

Instrumenta pro itinere botanico necessaria sunt simplex lens convexa aut microscopia, acus botanica, cultellus botanicus, plumbago, papyra colligata, culter botanicus pro plantis cum humo effodiendis, nec non systema plantarum *Linnaei.*

VASCULUM DILENIANUM seu semicylindrus e cupro, amplus, et 9 uncias longus ad plantas collectas irrigatas in vesperam vivas servandas.

CORBIS vel CISTULA BOTANICA ad plantas cum humo effossas transferendas.

HERBARII SICCI confectio exigit, ut

Planta non colligatur, nisi omnes partes characteristicae jam perfectae sint *evolutae.*

Planta naturali in *Situ* intra folia papyri locata, et pondere externo imposito aliquantum compressa, exsiccetur modico calore, saepius mutando papyrum. Flores teneri, ut Iris, albo siccetur papyro, et non nisi bene siccatis floribus papyrus aperiatur.

Non colligatur planta *tempore pluvioso.* Siccata etenim talis planta nigrescit.

Plantae non ope *glutinis* affigantur papyro sed ope *fili* vel *ligulae chartaceae*, ut planta eximi et in utroque latere possit considerari.

MUSCI humectentur et praelo compressi exsiccentur, alias corrugantur.

PLANTAE SUCCULENTAE intra folia papyri lapide quadrato vel ferro calefacto exsiccentur.

SEMINA, PERICARPIA majora et RADICES MAJORES in peculiaribus serventur vasculis, ne herbarium inde inconcine oneretur.



OMISSA.

Post FOLIA COMPOSITA ad paginam 49.

COMA.

Fasciculus foliorum in apice caulis vel stipitis.

COMA FOLIOSA, Blätter Schopf, e foliis congesta. *Bromelia Ananas.*

—— FRONDOSA, Palmblätter Schopf, e frondibus, in apice stipitum. *Palmae.*

—— BRACTEATA, Nebenblätter Schopf, e bracteis formata. *Lavandula Stoechas.*



INDEX ALPHABETICUS.

——(o)——

Hošk



